

Summarium

Karolus Magnus, Francorum imperator, quamquam eloquentissimus, scribere nesciebat. Didicit tamen artes liberales (grammaticam, rhetoricam et alias) ab optimis magistris, quos multum honoravit. Ut mos erat apud antiquos, audire amabat lectores, qui inter cenam ei narrabant de historiis, de antiquorum rebus gestis et de libris Sancti Augustini. De iure scribendo quoque ad omnes nationes imperii sui curavit et mensibus et ventis nomina linguā suā Francā imposuit.

Karoli Magni doctrina¹

1	Imperator Karolus erat eloquentiā copiosus et exuberans, poteratque quicquid volebat apertissime exprimere. Nec patrio tantum sermone contentus, <i>etiam peregrinis linguis ediscendis operam dedit</i> : linguam Latinam ita didicit, ut aequē illā ac patriā linguā loqui esset solitus, Graecam vero melius intellegere quam pronuntiare poterat. Artes liberales
5	studiosissime coluit: doctores artium liberalium venerabatur, et magnis adficiebat honoribus. <i>In discendā grammaticā Petrum Pisanum senem audivit</i> , in ceteris disciplinis Alcuinum de Britannia, Saxonici generis virum doctissimum, praeceptorem habuit, apud quem rhetoricam, dialecticam, astronomiam didicit. Temptabat et scribere, tabulasque et codicillos secum semper habebat, <i>ut</i> , cum vacuum tempus esset, <i>manum</i> litteris effigiendis <i>adsuesceret</i> ; sed <i>labor iste, sero inchoatus, parum successit. Dum cenat, lectorem audiebat</i> . Legebantur ei historiae et antiquorum res gestae; delectabatur et libris sancti Augustini, praecipueque his qui “De civitate Dei” titulati sunt. <i>Cum adverteret multa legibus populi sui deesse</i> – nam Franci duas habent leges, in plurimis locis diversas – cogitavit quae deerant addere, discrepantia unire, prava corrigere. Omnium tamen nationum, quae sub eius dominatu erant, <i>iura</i> quae scripta non erant
15	<i>litteris mandari iussit</i> . Item barbara et antiquissima carmina, quibus veterum regum actus et bella canebantur, scripsit memoriaeque mandavit. Inchoavit etiam grammaticam patrii sermonis.
20	Mensibus etiam iuxta propriam linguam vocabula imposuit, <i>cum ante id temporis apud Francos partim Latinis, partim barbaris nominibus pronuntiarentur</i> . Item ventos duodecim propriis appellationibus insignivit, cum prius non amplius quam vix quattuor ventorum vocabula possent inveniri

aeque illā ac patriā linguā loqui esset solitus = illā tamquam patriā linguā loqui esset solitus
sero = aetate provecā; cum senex erat

¹ Verba non usitata post textum explicantur et hoc modo in textu ipso signantur: verbum.

1. Si propone una parafrasi del brano: completala inserendo al posto giusto 8 parole scelte fra quelle elencate dopo il testo (**INDICA IL NUMERO NELLO SPAZIO BIANCO**):

Imperator Karolus vir eloquentissimus erat, qui dicere poterat quodcumque volebat. Praeter patriam linguam sermones _____ didicit et sic Latine loquebatur, ut eam linguam aequae ac patriam uteretur; Graecum sermonem autem satis comprehendere poterat neque Graece eleganter _____. Amabat maxime artes liberales, _____ doctores, magna veneratione digni, multis honoribus ab eo afficiebantur. Eius magistri Petrus Pisanus senex et Alcuinus de Britanniam fuerunt; ille eum grammaticam _____, hic, vir Saxo eruditissimus, ceteras disciplinas, inter quas rhetoricam, dialecticam et astronomiam. Ferebat semper secum instrumenta scriptoria ut se exerceret ad _____, sed sero incepit hoc studium neque multum progressus est. Ad cenam aderant lectores, quos libenter audiebat et qui antiquorum historias et res gestas _____ unam cum sancti Augustini libris.

Francorum leges, saepe dissimiles inter se vel carentes, perficere et meliores facere voluit; praeterea curavit _____ omnes nationes subiectae, quibus iura scripta non erant, ea litteris mandarent. Scripsit et memoriae mandavit veteres versus qui de _____ regibus et eorum rebus gestis narrabant.

Mensium nomina mutavit quod propriam linguam non latinam aut barbaram uti voluit ut menses appellaret; etiam propria nomina dedit duodecim ventis, cum antea vix quattuor ventorum vocabula essent.

1. Quarum	5. Recentibus	9. Docui	13. Loquebatur
2. Scribendo	6. Peregrini	10. Ne	14. Ut
3. Antiquis	7. Scribendum	11. Peregrinos	15. Docuit
4. Loqueretur	8. Eius	12. Recitati sunt	16. Recitabant

2. Leggi le seguenti affermazioni riferite al testo e **BARRA LA RISPOSTA ESATTA (VERO O FALSO)**

1. Imperator Karolus facundus et peritus orator erat	V	F
2. Imperator Karolus multas linguas peregrinas sciebat, neque Latine et Graece loqui amabat	V	F
3. Maximo studio artes liberales coluit, eorum doctores autem non diligebat	V	F
4. Cum imperator senex erat, Petrum Pisanum magistrum habuit	V	F
5. Alcuinus, vir Saxonici generis, eum rhetoricam et dialecticam docuit	V	F
6. Numquam bene scripsit, quia sero incepit huic studio operam dare	V	F
7. Imperator Karolus, dum cenat, solos Augustini libros legi vult, qui <i>De civitate Dei</i> titulati sunt	V	F
8. Imperator Karolus, cum aliqui populi ab eo recti leges scriptas non haberent, eos iura scribere iussit	V	F

3. Scegli la risposta esatta fra quelle proposte **E RIPORTA LA LETTERA NELLA TABELLA SOTTOSTANTE (n.b.: fa fede solo quanto riportato nella tabella sottostante)**

1. Quos sermones imperator Karolus intellegere poterat?
 - a. Imperator Karolus multos peregrinos sermones plus comprehendere quam pronuntiare poterat
 - b. Imperator Karolus, praeter linguam patriam, peregrinos sermones, Latinam et Graecam linguam intellegere poterat
 - c. Imperator Karolus inter peregrinos sermones unam linguam Graecam intellegere poterat
 - d. Imperator Karolus inter peregrinos sermones unam linguam Latinam intellegere poterat

2. Cur artium liberalium doctores a Karolo magnis honoribus afficiebantur?
 - a. Quia is artes liberales maxime diligebat
 - b. Quia putabat artes liberales instrumenta regni esse
 - c. Quia eos a Britannia in suum regnum vocavit ut eum artes liberales docerent
 - d. Quia ii sui regni magistratus erant

3. Quis est Petrus Pisanus?
 - a. Doctus, Saxonici generis, qui Karolum grammaticam docuit
 - b. Vir doctus quem Karolus senex audivit
 - c. Vir doctus qui senex Karolum rhetoricam docuit
 - d. Unus ex Karoli magistris, qui eum artes liberales docuerunt

4. Quis est Alcuinus?
 - a. Vir doctus qui ex Britannia venit ut Karolum grammaticam doceret
 - b. Vir Saxo, doctus Karoli praeceptor, qui eum aliquas artes liberales docuit
 - c. Vir doctus qui post Petrum Pisanum Karolum grammaticam docuit
 - d. Doctus Karoli praeceptor qui eum Graecam linguam docuit

5. Cur Karolus semper secum tabulas habebat?
 - a. Quia, cum tempus vacuum esset, de sua vita scribere volebat
 - b. Quia semper inter labores mandata scribere solebat
 - c. Quia, cum tempus vacuum esset, scripturam discere cupiebat
 - d. Quia semper suas res gestas narrare solebat

6. Cur Karolus censuit populi sui leges corrigendas esse?
 - a. Quia Francorum populo iura scripta non erant
 - b. Quia Francorum populo iura carentia et saepe discrepantia erant
 - c. Quia leges Latinas litteris mandare voluit
 - d. Quia Franci duas leges habebant et eae pravae erant

7. Quid Karolus memoriae mandavit?
- Karolus memoriae mandavit leges quae scriptae non erant
 - Karolus memoriae mandavit suas res gestas et saepe eas recitavit
 - Karolus memoriae mandavit omnia quae scribere non poterat
 - Karolus memoriae mandavit antiqua carmina quae de bellis et veteribus rebus gestis narrabant
8. Cur Karolus nova nomina mensibus imposuit?
- Quia antea non omnibus sed paucis mensibus nomina erant
 - Quia antea omnes menses Latine appellabantur
 - Quia antea mensibus nomina aut Latina aut barbara erant
 - Quia antea mensibus et ventis eadem nomina erant

1	2	3	4	5	6	7	8

4. Scegli la risposta esatta fra quelle proposte **E RIPORTA LA LETTERA NELLA TABELLA SOTTOSTANTE (n.b.: fa fede solo quanto riportato nella tabella sottostante)**

- R. 1: *Quicquid* è:
 - Un pronome relativo-indefinito
 - Un pronome interrogativo
 - Un aggettivo indefinito
 - Un aggettivo interrogativo
- R. 3: *Ut* introduce:
 - Una proposizione temporale
 - Una proposizione finale
 - Una proposizione consecutiva
 - Una proposizione completiva
- R. 4: *Quam* introduce:
 - Una relativa
 - Un'interrogativa indiretta
 - Il secondo termine di paragone
 - Un'apposizione del complemento oggetto
- R. 6.: *Discendā* è:
 - Un participio presente
 - Un participio perfetto
 - Un gerundio
 - Un gerundivo

5. R. 10: *Dum* introduce:
- Una proposizione concessiva
 - Una proposizione temporale
 - Una proposizione causale
 - Una proposizione avversativa
6. R. 13: *Quae* è:
- Un pronome relativo
 - Un pronome dimostrativo
 - Un pronome interrogativo
 - Un pronome indefinito
7. R. 15: *Actus* è:
- Un participio nominativo singolare
 - Un sostantivo accusativo plurale
 - Un aggettivo nominativo singolare
 - Un sostantivo nominativo plurale
8. R. 20: *Cum* è:
- Una congiunzione coordinante correlativa
 - Una congiunzione subordinante
 - Un avverbio
 - Una preposizione

1	2	3	4	5	6	7	8

5. Trasforma le seguenti proposizioni secondo quanto suggerito:
- R. 2-3: *Etiam peregrinis linguis ediscendis operam dedit*
Etiam operam dedit ut peregrinas linguas _____
 - R. 5-6: *In discendā grammaticā Petrum Pisanum senem audivit*
Ad grammaticam _____ Petrum Pisanum senem audivit
 - R. 9: *Ut (...) manum (...) adsuesceret:*
Manum _____ causā
 - R. 9-10: *Labor iste, sero inchoatus, parum successit*
Labor iste, qui sero _____, parum successit
 - R. 10: *Dum cenat, lectorem audiebat*
Cum _____, lectorem audiebat

- f. R. 12: *Cum adverteret multa legibus populi sui deesse*
 _____ multa legibus populi sui deesse (UTILIZZARE UN MODO INDEFINITO/ FORMA IMPLICITA)
- g. R. 14-15: *Iura (...) litteris mandari iussit*
 Imperavit ut iura litteris _____
- h. R. 18-19: *Cum ante id temporis apud Francos partim Latinis, partim barbaris nominibus pronuntiarentur*
 Quia ante id temporis apud Francos partim Latinis, partim barbaris nominibus

6. Inserisci le parole mancanti, flettendole in modo adeguato nel seguente brano, tratto dal prosiegno di quello analizzato (**PER CONSEGUIRE IL LIVELLO A2**):

(Karolus) religionem Christianam, qua ab infantiā educatus, sanctissime et cum summā _____ coluit, ac propter hoc plurimae pulchritudinis basilicam Aquisgrani exstruxit auroque et argento et luminaribus atque ex aere solido cancellis et ianuis _____. Ad cuius structuram cum columnas et marmora aliunde habēre non posset, _____ atque Ravennā vehendā curavit. Ecclesiam et mane et vespere, item nocturnis _____ et Sanctae Missae tempore inpigre frequentabat, curabatque magnopere, ut omnia quae in ea gerebantur maxima cum honestate _____, aedituos (= qui basilicam custodiebant) creberrime monens, ne quid indecens aut sordidum aut inferri aut in ea remanēre permetterent. Sacrorum vasorum ex auro et _____ vestimentorumque sacerdotalium tantam copiam procuravit, ut in Sanctis Missis celebrandis ne ianitoribus quidem, qui ultimi ecclesiastici ordinis sunt, privato _____ ministrare necesse fuisset. Legendi atque psallendi disciplinam diligentissime emendavit. Erat enim utriusque admodum _____, quamquam ipse nec publice legeret nec nisi submissim et in commune cantaret.

Adorno, -as, -avi, -atum, -are
 Argentum, -i, n.
 Eruditus, -a, -um
 Fio, fis, factus sum, fieri
 Habitus, -us. m.
 Hora, -ae, f.
 Pietas, pietatis, f.
 Roma, -ae, f.